

**Commentarium nosologicum morbos epidemicos et aeris variationes in  
urbe Eboracensi locisque vicinis : ab anno 1715, usque ad finem anni 1725,  
grassantes complectens / Authore Cliftono Winteringham.**

**Contributors**

Wintringham, Clifton, 1689-1748.

**Publication/Creation**

Londini : Impensis J. Clark ..., 1727.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/nqcpsg9j>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

COMMENTARIUM

NOSOLOGICUM

MORBOS EPIDEMICOS

ET

Aeris Variationes

In Urbe *EBO RACENCI*

P.

LOCISQUE VICINIS,

Ab Anno 1715, usque ad finem anni 1725,

Grassantes Complectens.

---

Authore CLIFTONO WINTERINGHAM.

---



LONDINI,

Impensis J. CLARK, Bibliop. apud Excambium  
Regium Cornhill, MD CC XXVII.

ПЕЧАТЬ АДМИНИСТРАТИВНОГО  
МУНИЦИПАТОВОГО  
КОМИССАРИАТА  
ГОСУДАРСТВЕННОГО  
ПРЕДПРИЯТИЯ  
АВТОМАТИЧЕСКОГО  
КОМПЛЕКСА  
ПО ГОДИЧНОМУ ПРОИЗВОДСТВУ  
СЫРЬЯ И ПРОДУКТОВ  
СОВЕТСКОГО СОЮЗА



САНКТ-ПЕТЕРБУРГ  
1929



Consanguineo suo perquam Dilecto

*FRANCISCO WILKINSON*  
ARMIGERO

LIBELLUM Hunc

Amoris ergo dicat

CLIFTONUS WINTERINGHAM.

PRO-

Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30776454>



## PROLEGOMENA.

MIrari mihi non raro subiit,  
quod cum non solum mutationes & successiones, sed  
ipsæ etiam morborum acu-  
torum origines, communi medicorum  
consensu aeri tribuuntur, nemo ab ipso  
Hippocratis ævo ad hoc usque tempus,  
( periodo scilicet plusquam duorum  
annorum millium ) unquam animum,  
vel ad eorum mutationes & successio-  
nes, vel aeris temperamenta eos comi-  
tantia, solo excepto Sydenhamio, ob-  
servandum appulit. Hoc autem ei non  
immerito tribuatur vitium, quod cum  
morbos per plures annos epidemicè  
graßantes

## 4 PROLEGOMENA.

grassantes stylo eleganti perspicuè delineavit, vix verbum de aeris comitantis temperamento addidit.

Affiduum in his observandis per plures annos tædium, multos ab hoc opere proculdubiò deterruit, & in causâ fuit, quod paucis Hippocratis observationibus contenti huc usque decubuerunt medici ; cæteraque omnia quasi inscrutabilia posuerunt.

Hac in re ignaros quosdam Geographos imitati sunt, qui oceanis immensis, vastisque desertis chartas geographicas compleunt, hac solâ ratione inducti, quod deficit descriptio.

Horum morborum causas exponere, non hujus est libelli ; placet enim eas tantum morborum successiones & symptomatum varietates, variaque aeris temperamenta eas comitantia eo ordine describere, quo per decem annos jam proximè elapsos, in hac urbe locisque vicinis, se palam fecerunt.

Ad

Ad quantam in horum morborum causis investigandis certitudinem, fida per multos annos continuata, nos perduceret historia, nequaquam novi; hoc tamen satis apparet, quod quamdiu hujusmodi historiis destituti simus, theoriam ullam certam & constantem, frustrà stabilire conabimur.

His fretus ratiociniis, observationes sequentes publici juris facere decrevi, eaque simplicitate delineare, qua in propriis commentariis in usum domesticum per prædictos annos descripsoram; non tam quod aliquid novi me medicis declaraturum suppono (res enim jam præteritas, & à pluribus forsan observatas solum recordor) quam ut alios ad utilissimam hanc medicinæ partem, olim adeò celebratam, prosequendam excitarem. Et ad quantam certitudinem, tam in dignoscendis quam curandis morbis, nos tandem perdu-

## 6 PROLEGOMENA.

perducerent hujusmodi historiæ, non opus est ut argumentis illustrem.

Morbi in his commentariis posthac enumerati, sunt Epidemici & Sporadici, quos egomet observavi; symptomatum etiam variationes, ad eorum singulos pertinentes, pro viribus fideliter & accuratè descripsi, nullâ commotus cupidine theoriam aliquam ex his excitandi fundamentis.

Non equidem me latet quosdam dari medicos, qui hujusmodi morbos nullas aut saltem paucas mutationes subire contendunt, ex iis Aeris qualitatibus quæ sensibus nostris apparent, quales sunt caliditas, frigiditas, humiditas, aliaque ejusmodi; symptomatum autem variationes, & morborum successiones ex subtili quadam materie prorsus ignota, sensibus nostris nequaquam obvia, aliisque hujusmodi figmentis philosophicis deducere conantur. Dari quidem

quidèm hujusmodi particulas, satis docent pestilentiarum, aliorumque morborum contagiosorum historiæ; cur tamen ad has, in singulis annis pro morborum acutorum phænominis solvendis, confugiendum est, non equidèm video. Quicunque enim animum ad veritatem solam investigandam, ab observationibus assiduis provenientem applicabit, pro certo inveniet, quod non solùm morbi eadem essentiâ gaudentes, ab hujusmodi causis varietatem aliquam in symptomatibus patiuntur; sed alii specie diversi producuntur, & non rarò omnia morbi resonantis phænomena adeò in alia commutantur, ut alterius morbi speciem præ se ferant.

Hippocratem, medicorum facile principem, de hâc re ità sensisse, docuit insignis ejus cura, in varias aeris temperaturas, variaque morborum phænomena

## 8 PROLEGOMENA.

nomena enumerando, quam passim in operibus, præcipue vero in Epidemicis deprehendimus. Neque hoc contentus fuit auctor eximius, quinetiam aeris statum morbi ingressum præcedentem, æque ac comitantem, una cum ventorum ad diversas plagas mutationibus, annorum tempestatibus, aliisque ejusmodi non rarò describit. In quibus omnibus enumerandis vix opus suum impenderet, modo de eorum effectibus, ex fidis experimentis non satis sibi persuasum habuit.

Non mea autem est sententia, quod exigua quælibet aeris variatio in calore, pondere, humiditate, aliisque sensilibus ejus qualitatibus corpora nostra in hunc modum afficere valeat, sed eæ solæ, quæ in stabilioribus Aeris temperamentis accidunt, sive a deteriori in temperamentum màgìs salutiferum, seu in oppositas partes deflectant.

Hoc

Hoc autem pro certo novi, minores in his variationes teneros, & delicatos afficere, quam vulgo concludere solemus.

Nullus dubito quin medicis satis notum est, quod morbi quidam singulares, peculiari modo, ad certas quasdam anni tempestates, præ cæteris, pertinent ; etiamsi in omnibus non raro inveniantur. Cujus generis sunt Pleuritides, Anginæ, aliquique morbi Inflammatione conjuncti, qui Vernale tempus præ cæteris occupant. Quippe Hyemis frigore densantur fluida, stringuntur corporis solida, & coarctantur vasorum canales : adacto autem in Vere calore, rarescit sanguis, turgescunt vasa quædam immeabilia, & sequuntur Morbi prædicti. Quibus etiam addi possint Febres quartanæ intermittentes, morbus Cholera dictus, aliquique ejusmodi morbi Autunnalem Tempestatem occupantes.

## 10 PROLEGOMENA.

Quorum omnium phænomena a sensilibus Aeris qualitatibus deduci possint, qua tamen ratione ex Subtili, nescio qua, Materie, non equidem novi.

Hujus Methodi tam veritatem, quam utilitatem adeo clarè cognovit Hippocrates, quod non solum totam ferè Aphorismorum sectionem, in iis morbis enumerandis consumpsit, qui particulari quadam ratione certas Anni Tempestates occupant; quin eas etiam adjunxit Symptomatum varietates, quas in his, ex variis Aeris temperamentis, profluere, expertus novit. His fretus ratiociniis, Morbos brevi adventuros prædixit divinus Senex; an autem ad æqualem in his prædicendis Sagacitatem, alii hac methodo etiam ascenderent, non affirmarem; hoc autem pro certo ponere liceat quod si hujusmodi Observationes ad hoc usque tempus, eadem Fidelitate & Ingenii acumine continuatæ

tinuatæ fuissent, Morborum Epidemiorum naturam a primo exortu clariùs dignosceremus; in quibus discernendis, non parum hæsitant Medici celeberrimi.

Objiciunt quidam Scriptores incauti, tantum dari discrimen inter Aeris Græciæ temperamentum & hujus Insulæ, quod Observationes ab Hippocrate institutæ prorsùs inutiles Nobis evadunt. Hæc autem Assertio ignorantiaæ asylum merito nuncupari potest, & ut cunque primâ facie Veritatis speciem præ se ferat, falsam esse demonstrabit Experientia.

Quamvis enim necessariò concedendum est, Morbos quosdam peculiari modo certas Regiones, certaque Climata præ cæteris afficere, & exinde gradu aliquo ab iis, Regiones diversas occupantibus, diversos esse; quamvis etiam concedendum est, quod Observationes certâ quadam regione institutæ, iis in

alterâ institutis, quasi puncto non congruant, maximâ tamen ex parte veræ invenientur ; eo quod, Mutationes in Aere ipso ad gradus proportionales in Locis utrisque, amborum Incolas ratione proportionali afficere necesse est. Ut ab effectibus Caloris, Frigoris, aut aliarum Aeris Qualitatum Sensibilium etiam sensibus appareret.

Ponamus enim, exempli gratiâ, Regiones duas ita esse sitas, ut naturalis Aeris Calor unius, Calorem alterius vinti gradus exsuperet ; ex hoc tantum sequetur, quod subitanea Aeris mutatio vel Frigiditate, vel Caliditate, ad gradus in utrisque proportionales, amborum Incolas, quatenus ad Caloris aut Frigoris effectus pertinet, pari modo afficiet ; eadem enim in ratione constringuntur vel laxantur Fibræ, densantur vel expanduntur Fluida, Materiaque perspirabilis gradu proportionali in utrisque afficitur.

Hinc

Hinc accidit, quod Pleuritides, Anginæ, Dysenteriæ, Febres Putridæ, Continuæ Remittentes, & Intermittentes in quacunque Regione, omniq[ue] Climate inveniuntur; licet a se invicem Variations aliquas patiantur, vel a Situ loci, variis Incolarum vivendi Modis, particulari Constitutionum Idiosyncrasia, aliisve eiusmodi.

Hoc autem me præ cæteris ratiociniis in hac stabilit sententiâ, quod eosdem Morbos accidisse, easdemque Variations in Œconomia Animali, subitaneum Thermometri Ascensum vel Descensum ad gradus proportionales consecutas esse, comperi; seu in Æstate, vel Hyeme, accidebat hæc Aeris variation. Quod quidèm Phænomenon, etiamsi a nullo hactenus prout novi observatum, clarissimè demonstrat, quod neque Morborum, nec Symptomatum variationes, a gradu Caloris aut Frigoris cuilibet Regioni

gioni, aut anni Tempestati particulari, ortum ducunt; sed ad subitaneam Aeris mutationem, majori ratione, quam cum salute *Œconomiae Animalis*, præcipuè corporis Morbos, consistere valent, jure sunt tribuendæ; quousque saltem ex Calore aut Frigore pendent morborum Variationes.

Præterea si Morbos Epidemicos ab Hippocrate descriptos ad examen deducamus, Aerisque Temperamenta eos comitantia & antecedentia, cum iis Morbis, qui in hac Regione, sub eisdem Aeris Temperamentis accidunt, comparremus, discriminem adeo latum non apparabit, ut stabilire conantur Observatores hi nimis perfundtorii; & tantum abest à veritate, ut inutiles æstimari debent, quod nullas iis æquales novi, aut me brevi visurum autumno.

Incertum Aeris in hac Insula Temperamentum in causâ est, quod hujusmodi

di Observationes in Methodum genera-  
lem, assiduo sine labore, longâque Ob-  
servationum serie nequaquam reduci  
possunt, & hoc majori ratione, quam  
in iis Regionibus, quæ stabiliori Aeris  
Temperamento gaudent; quod tamen  
peræ pretium non sit, ex hac asser-  
tione vix colligi potest.

Frequentes etiam Aeris in hac Insulâ  
Variationes, ad hanc in observando in-  
curiam plurimùm contulisse nullus dubi-  
to. Corpora enim nostra Mutationi-  
bus his adeo sunt assueta, quod familia-  
res fiunt, & vel prorsus negliguntur,  
aut saltem minimi momenti estimantur,  
malaque hoc ex fonte orientia, Causis  
longe remotioribus, non rarò tribu-  
untur.

Observavi supra quod Hippocrates  
non tantùm aeris Temperamenta Mor-  
bos regnantes comitantia, sed iis e-  
tiam antecedentia frequenter describit,  
    & non

& nonnunquam præcipuas Aeris Variations per totius Anni tractum, antequam ad Morbos tum grassantes delineandos se accingat, quæ Methodus observatu admodum est necessaria; quippe hujus ope, ad statum tam Fluidorum, quam Solidorum, rite intelligendum, quasi manu deducimur. Datis enim Temperamenti antecedentis æquè ac præsentis Effectibus, Humorum status non tantum clariùs apparet, sed harum Mutationum causæ primariæ, fere ad sensum demonstrantur.

Observatu etiam non est indignum, quod Morbi, qui clarissimè ab Aeris Temperamentis profluunt, seipso frequentè non ostendunt, priusquam in aliam commutatur Aeris Temperies. Quod quidem Phænomenon, non solum Successiones eorum inter se invicem comparandi necessitatem demonstrat, sed etiam ostendit, Morbos hos, non

solum ex praesenti aeris temperie, quinetiam à variis plurimarum inter se in vicem combinationibus mutationes subire. An autem his, vel aliis cujuscunque generis causis, tribuendæ sunt eorum variationes, aliis tractandum relinquam; & multo minus, de causis epidemicorum originalibus, hic sermonem instituam; quippe ad hæc stabilienda desunt observationes, & res ipsas agito, non hypotheses fingo.

Quæstiones quasdam, lector benevole, numeris in textu respondentes, in margine invenies, quas inserere non prorsus inutile duxi; quoniam in hujusmodi observationibus instituendis, eas aliis ansam præbere posse existimo; & etiam quod in praxi, saltem minus expertis, forsitan sint emolumento. Has autem, non ut veritates certas & fidias, sed tantum ut effectus, observatu non pror-


sus indignos, & probabiliter ex causis  
ibidem descriptis orientes, propono.

Nulos singulares Ægrorum casus ad-  
jeci ; quippe si omnes enumerassem,  
eosque singulis annis inter se comparas-  
sem, in immensum assurrexisset libri mo-  
les ; si autem paucos quosdam selegis-  
sem, nihil ex his de morborum specie-  
bus, variisque eorum phænomenis, in  
singulis annis apparentibus, concludere  
potuisset lector.





# COMMENTARIUM NOSOLOGICUM.



Empeſtas brumalis anni 1715 admodum fuit frigida, largâ nivis copiâ, & extremo gelu conjuncta. Duravit hæc aeris tempeſties per ſex hebdomadas, ſpirantibus ventis ut plurimùm ex plagis australibus.

Spiritus in thermometer meo uſque ad gradus 90 descendebat, quod in nulla alia tempeſtate, a me hactenus obſervata, novi; rariflame enim ultra 84 vel 85 deſcendit. Mercurius etiam in barometro altissimè aſſurgebat; du-

20 *Commentarium Nosologicum.*

rante enim gelu prope  $\frac{1}{2}$  pollicis partes altius perstitit, quam in aliis, etiam siccissimis quas novi, tempestatibus.

Sæviente gelu grassabantur morbi inflammatorii, præcipue pleuritides, anginæ, rheumatismi, dolore acuto, & pulsu duro conjuncti. Sanguis in hujusmodi morbis plurimum fuit inflamatus & pelliculâ crassâ obductus, neque sine larga ejus missione, eaque pluriès repetita levabantur. Ægri.

Qui morbo quolibet diuturno labrabant, hoc tempore male se habebant, præsertim vero Ptithisici & Tabidi; augebantur enim tussis & spirandi difficultas, excruciant etiam eos dolores pleuritici, alisque fluxus insanabilis.

Resoluto autem in *Februario* gelu, non parum augebatur ex morbis inflammatoriis ægrorum numerus, & symptoma acriora siebant. Tabidis etiam admodum exitiale evasit hæc aeris mutatio;

tatio; augebantur enim plurimis diarrhoeæ, & perierunt multi. Alii etiam cujuscunque generis languidi, a cœli variatione non parum patiebantur, & alvi fluore, intestinorum doloribus, symptomatibus asthmaticis, hysterics, & hypochondriacis præ cæteris labrabant; quæ omnia, in iis quibus sufficiebant vires; paucis evanuere diebus; aliis verò, vel statim fuerunt extitalia, aut ex virium collapsu prava induxerunt symptomata. (1). (2). (3).

Hoc

Quæst. (1). Subsidebat Mercurius duos pollices circa gelu dissolutionem, & ascendebat in thermometro spiritus gradus viginti; hanc aeris variationem notabilis humorum turgescientia fuit comitata, quæ somnolentiâ, alvi fluore, doloribus arthriticis, & rheumaticis, tam vagis quam fixis, & in quibusdam nervorum resolutione & apoplexiis morbisque jamjam descriptis, se palam faciebat. Quæritur itaque an subitanea humorum rarefactio, a diminuto atmosphæræ pondere, & aucto calore in gelu solutione producta, horum effectuum non fuit causa primaria?

Quæst.

Hoc tempore plurimùm grassabantur variolæ, Confluentes fuerunt & moris maligni, & hoc, maximo gradu durante extrema frigiditate.

Duraverunt prædicti morbi inflammatorii per totam tempestatem vernalē, appropinquante autem æstate rariores fiebant. Variolæ etiam grassabantur, & Confluentes plerunque fuerunt, minori tamen gradu quam in hême præcedente.

Æstiva tempestas anni 1716 ad caliditatem vergebatur, non tamen æquè fuit calida, ac æstates quædam subsequentes, spirantibus plerumque ventis ex plagis occidentalibus.

Q U A E S T. (2) An morbi hujusmodi crisi quan-dam non sunt emulati; natura per has vias nimiam humorum copiam, & in vasa pressuram, excludere moliente?

Q U A E S T. (3). Annon itaque ex evacuationibus pro morborum variatione institutis, præ cæteris, petenda sanatio?

Morbi

Morbi hac tempestate vigentes fuere  
Febres quædam continuæ Remittentes,  
a græcis συνεχεῖς dictæ, & Febres ner-  
vosæ.

Cutis in prioribus aspera fuit & so-  
lito siccior, pulsus durus, & sanguis  
pleuriticorum more inflammatus. Pa-  
rum admodum sudabant, at delirabant  
frequenter ægri, præsertim in Remitten-  
tium paroxysmis. Nonnulli etiam in  
initio Diarrhœis & Vomitu, Doloribus  
pleuriticis & rheumaticis ; affecti sunt,  
quæ omnia missione sanguinis, Emeti-  
co leni, & diluentibus Antiphlogi-  
sticis, pro re nata institutis, levabantur.  
Circa autem diem decimum quartum  
hæ Febres per sudores judicatæ sunt ; &  
vel ex toto cessabant ; vel in Intermit-  
tententes tertianas convertebantur.

In Febribus nervosis diutiùs ægrotab-  
bant, pulsus celer fuit & debilis, cu-  
tis

tis sicca & aspera, quod postremum in his morbis frequenter aliter accidit, ob sudores partiales & erraticos his Febribus, aliis s<sup>æ</sup>piùs, supervenientes.

Duraverunt etiam variolæ per totam æstatem usque ad autumnum, sensim tamen decrevit malignitas; Hyeme tamen sequenti evanuerunt, permanentibus adhuc febribus nuperrime descriptis.

Hyems proxime subsequens, viz. anni 1716, circa finem frigida fuit & gelosa, minori tamen gradu quam in anno prædicto. Subsidebat enim thermometri spiritus tantum ad gradus 84, durante maxima hujus tempestatis frigiditate.

Durante frigida hac temperie, iidem ferè morbi ac in hyeme præcedente se ostendebant, tam durante gelu, quam circa ejus solutionem ; symptomata ta-

men

men mitiora fuerunt, & numerus Ægrotantium minor. (4).

Æstas Anni subsequentis, viz. 1717, calida fuit & sicca circa medium ejus partem, spirantibus, ut plurimum, ventis ex Plagis quibusdam Australibus & Occidentalibus.

Hoc Anno, præ cæteris Morbis, grassabantur Febres Remittentes & Intermittentes, præcipue tamen priores, & hoc majori numero quam in anno præcedente. In Morbi initio remissionem aliquam vix senserunt Ægri; *συνοχοις* enim quam maximè similes fuerunt; paucis tamen elapsis diebus, imperfœta succedebat Crisis, & vel ad Inter-

Quæst. 4. Annon major villorum contractio & fluidorum inspissatio, in anno proximè elapso, ob extremam Hyemis Frigiditatem, in Causâ sint, quod hujusmodi Morbi aciores & frequentiores in illâ, quam hac Tempestate evaderent? Et annon horum effectuum ratio a natura Aeris, Caloris, & Frigoris satis patet?

D mitten-

mittentium, vel Remittentium classem pertinere se ostendebant.

Urina ante Crisi excreta plerumque flammia fuit, & Sedimenti expers, non-nunquam turbida ; Crisi tamen finitâ, Sedimentum ad lateritium inclinans deponebat, coloris autem pallidioris & ad Flavedinem accendentis.

Autumnus subsequens humidus fuit & frigidus, spirantibus frequenter Ventis Septentrionalibus.

Grassabantur adhuc Morbi prædicti, & accedebant Diarrhœæ quædam & Dysenteriæ Febre lentâ conjunctæ, quæ Ægros Morbis descriptis laborantes male affiebant, Spiritus prostrabant, & Morbi tedium augebant.

Hyems proximè subsequens acri gelu, & nive multâ circa medium comitata fuit, spirantibus ut plurimum Ventis, vel ex plagis Orientalibus, vel Septentrionalibus.

Durante gelidâ Tempestate, iidem fere Morbi apparuère, ac in Hyeme præcedenti, & manserunt adhuc, licet non admodùm frequentes, *συνεχεῖς* descriptæ.

Æstiva Tempestas anni 1718 calida fuit & sicca, præcipuè in Julio & Augusto, quæ Aeris Temperies per totum Autumnum permanxit, ratione habitâ ad necessarias anni Variationes, spirantibus Ventis ex Plagis Australibus & Occidentalibus.

Hac Æstate erupit Febris putrida, a Græcis *συνοχός* dicta, Symptomatibus malis moris comitata. Cùm autem Ægrorum de hoc Morbo numerus, Anno subsequente plurimùm augebatur, descriptionem ejus ad eum remittam.

Grassabantur adhuc Febres Remittentes, Paroxysmis autem magis incertis, & Symptomatibus acrioribus conjunctæ.

Æstas Anni 1719, non solùm omnes alias a me hactenùs observatas Caliditatem superabat, sed etiam, majorem, magisque subitaneam in Temperamento passa est Variationem, quam in aliâ quâlibet observavi.

Duraverunt Calores ab initio Mensis Maii usque ad Julii Medium, fuitque Siccitas Aeris magna. Parùm admodùm spirabant per totam hanc periodum Venti, qui tamen apparebant, ex plagiis Australibus veniebant; manente tum Thermometro ad gradum 17. His ita se habentibus, subitò accidebat ingens Cœli Variatio; spirabant enim fortitèr Venti Boreales, decidebant Pluviæ quædam frigidæ, & 48 horarum spatio subsidebat Spiritus usque ad gradum 45, quæ longè maxima est Variatio, quam in eodem temporis Intervallo unquam novi.

Duravit hæc frigida Aeris Temperies

vix

vix ultra duas Hebdomadas, & subitò redibat Calor; qui per reliquam Æstatis partem & Autumni initium perdurabat; & manebat Aer calidus, ratione habitâ ad Anni tempus, usque ad initium Novembris; Hyemsque tota solito siccior & calidior fuit.

Morbi, qui durante Calore apparebant, fuêre Febres Putridæ, & Continuæ Remittentes & Intermittentes, Hæmorrhagiæ largæ spontaneæ, Sanguinis expunctiones, ejusdem Vomitiones, aliquæ ejusmodi. Mutato autem Cœli Temperamento per Frigoris accessionem, succedebant statim alvi Fluores, Vomitiones, Intestinorum Dolores, eorundem Inflammationes, Sanguinis per alvum Excretiones, aliquæ ejusmodi. Quæ omnia, redeunte Aere ad priorem Caliditatem, brevi cessabant. Qui Febribus supra numeratis hoc tempore laborabant, Diarrhœis & Torminibus multum vexabantur;

30 *Commentarium Nosologicum.*

bantur ; ruebant enim humores, qui durante Calore per Sudorem fuerunt eliminati, summo cum impetu per alvum circa tempus Criseos, & prostratis viribus perierunt Ægri.

Cessante Frigiditate, subitò redivit calida Temperies, & adauctis viribus grassabantur Febris Putrida & Continuae Remittentes. Hoc autem notatu non est indignum, quod paulo ante Crisin ad Diarrhœas magis proni fuerunt Ægri, quam ante Frigiditatis accessum ; licet rarò per has vias judicata fuit Febris. (5)

Harum prior, viz. Febris Putrida, hoc anno primò se palam faciebat, & more sequenti Ægros plerumque torquebat.

Accessit hæc Febris cum Rigore, Nau-

Quæst. 5. Annon subitanea Frigiditatis Accessio, Fibras Corporis, præcipue cutaneas, constringendo, & Humores ad partes interiores repellendo, ad effectum hunc producendum non parùm conduceret.

seâ

seâ, alternisque Frigoris & Caloris reditibus. His conjunctæ fuerunt ingens Lafitudo totius Corporis, & Sensatio quasi maximi Ponderis Humeros & Dorsum comprimentis. His succedebant Sitis & Calor pungens, Lingua arida & fusca, nonnunquam nigra. Ægri his Symptomatibus plurimùm excruciati, parùm dormiebant, non sudabant, continuo fere delirabant. Anxietate & Inquietudine summâ vexati, perpetuò se per lecta commovebant. Circa diem duodecimum non paucis oborta est Diarrhœa, vires prosternens, Symptomata minimè allevans. Circa autem decimum sextum, ab initio Febris, diem, exorto Sudore judicata fuit Febris. Pulsus plerumque creberrimus fuit, raro fortis; Cutis aspera; Urina rubra, & Sedimenti expers; judicatâ autem per Diaphoresin Febre, Sedimentum fuscum deposuit.

Sanguis ex Venis in initio Morbi misfus

sus admodum rutilus fuit & dissolutus, adeoque parte serosâ commixtus fuit. Cruor, ut Sanguini ex Arteriis missus non fuit absimilis. (6).

Horum quidam Ptyalismo per totum Morbi decursum affecti sunt, qui omnes, quos ipse vidi, sanabantur, & reliqua Symptomata aliis Ægris mitiora habebant.

Hujusmodi Symptomata robustos & exercitatos, præ cæteris, occupabant; qui vero laxi fuerunt Temperamenti, imbecilles, Hysterici, & Cachectici Tremore, Spasmis, & Delirio affecti sunt; dum alii ob summam virium Prostrationem, Spirituumque Dejectionem, quasi stupidi jacebant, Urinas & Stercora involuntariè emittentes; exsuscitati

QUÆST. 6. Annon Fluor hic Sanguinis naturali major, ab Actione particularum Caloris, hoc in anno magis quam aliis vigentium, oriri posset?

citati tamen delirabant. (7) In his, ultra vicesimum diem, plerumque protracta fuit Febris, quæ in paucis quibusdam, sine Crisi manifestâ terminata est, his autem admodum tarda accidit Sanatio.

Variantibus hoc modo, in Ægris diversis, Symptomatibus, necessariò variationem subiit Medela. Hæc autem observatu non prorsùs indigna videntur.

In Ægris prioris generis, frigidiori Regimine & largiori Diluentium copiâ necessariò uti oportebat, quam in iis, qui iisdem Symptomatibus aliis annis lababant. Et etiam ubicunque Alexipharmacorum Usus necessariò postulabant Ægrorum Status, minor sufficiebat Medicamenti Dosis, quam vulgo exhiberi solet.

QUÆST. 7. Annon Materiae perspirabilis, majori copiâ hoc anno quam aliis, Excretio, Sanguinis & Liquidi Nervosi copiam ita diminueret, & indè infoldas Corporis Partes Debilitatem induceret, ut in Ægris hujusmodi hisce Symptomatibus ansam præberet?

E

Pauci

Pauci admodum Ægri quamlibet Opii vel Dofin, vel Medicamentum ex eo confectum sine Delirii incremento sumere valebant. Diacodiata tamen, & Anodyna mitiora, plenâ manu, largâque Diluentium copiâ exhibita, summo fuerunt Ægrotis Emolumento (8).

Præter Febrem jam descriptam græfabantur Febres continuæ Remittentes, præcipuè circa Autumni initium, paulò post quod Tempus vel evanuit Συνοχες, vel in Remittentes commutatus fuit. Quod postremum quidem probabilius est; eo quod hæ Febres iisdem Symptomatibus in morbi ingressu Ægros affiebant, quibus Febris putrida; quæ ta-

**QUÆST.** 8. Annon hic effectus ad majorem hanc Sanguinis Dissolutionem meritò tribuendus, quam Opiata præ cæteris ferè omnibus promovent? Et annon indè patet, cur Diacodiata, Emulsiones, aliaque ejusmodi, quæ blandis & mucosis æquè ac soporiferis saturantur Particulis, tanto essent Ægris emolumento?

men

men paucis elapsis Diebus, per vices, licet irregulares, remittebant. Paroxysmi acriores ut plurimum fuere, quam vulgo in Remittentibus inveniuntur, & frequentè Delirio comitati. Paroxysmis rarissimè præcedebant Rigor & Frigus Febrile, etiam in iis Ægris, quibus Febris Insultus certis rediit Intervallis: Et quibus Frigoris Accessio quædam comitata fuit, brevi soluta est. Circa autem Hyemis initium in Febres Intermittentes, Frigore leni comitatas, conversæ sunt; redeuntibus tam per Æstatem, quam per Hyemem, quotidie Paroxysmis.

Hic annus majori Maniacorum numero comitatus fuit, quam in annis communibus accidit, (9) aliosque om-

QUEST. 9. Annon Calor hujus anni major illo, qui huic Insulæ familiaris est, Humores attenuando, Liquida lenia & aquosa exhalando, Acrimoniam augendo, Fibrasque corporis exsiccando, ad hunc effectum producendum non parum conduceret?

nes quos novi, tām in Ægrorum numero, quam Symptomatum Sævitie, superavit.

Annus subsequens, viz. 1720. majori Siccitate conjunctus fuit, quām in hac Insulā communibus Annis inveniatur, Caliditati tamen proximo elapsionequaquām æqualis erat.

Febres hoc Anno grassantes Remittentes fuēre & Intermittentes, ejusdem fere generis, ac in Anni prioris Declinatio-  
ne numeravimus. Per dies enim aliquos non remittebant, & delirabant Ægri in Paroxysmis. In his autem iis differre videbantur, quod certioribus temporis Intervallis redierunt Paroxysmi, & Tertianæ plerumque fuerunt Febres. Durante etiam Paroxysmo de Ventriculi Angore, Ægritudine, & Nauseâ magis conquesti sunt, & Vomitione frequentius affecti sunt, præsertim in initio Paroxysmi. Quæ Symptomata duraverunt, quoisque su-  
doris

doris Eruptio & iis, & Paroxysmo finem imposuit.

Sitis & Calor in hoc, quam anno proximè elapso, mitiores fuere ; lingua primùm albescebat, dein fusca evasit. Paroxysmi autem diù durabant, & ad horas quadraginta aliquando extensi fuerunt.

Urina in Remittentibus turbidior fuit, & Flavedine majori tincta quam in anno præcedente ; & Sedimentum copiosum, subalbidum, ad Flavedinem autem accedens, deposuit. In Intermittentibus Lateritium fuit Sedimentum. (10) (11)

QUÆST. 10. Annon status Humorum Corporis in hoc anno, Febrem putridam succedente, eorum statui, in anno Febri Putridæ præcedenti, fuit quam simillimus ?

QUÆST. 11. Annon igitur Siccitas & Calor duorum annorum Febri Putridæ præcedentium, adeò Humorum Acrimoniam augerent, ut loco Remittentium in Ægris quibusdam συνεχὸν producerent ; coque præcipue, cùm eadem ratione increvit Calor & Febris Putrida, cùm summo durante Calore maximè grassabatur, & diminuto calore sensim evanuit ?

Præter

Præter has grassabantur etiam Fe-  
bres quædam nervosæ, Vertigine, Stu-  
pore, & Nervorum Tremoribus con-  
junctæ, eos, præ cæteris, occupantes,  
qui laxi, imbecillis, & hysterici fuerunt  
Temperamenti. Hæ Febres Pulsu ce-  
leri & debili, Urinâ tenui, pallidâ &  
crudâ, & nonnunquam Diarrhœâ con-  
junctæ sunt. Horum Linguae plerum-  
que subalbidæ fuerunt, raro siccæ; ne-  
quæ multùm sitiebant Ægri; Sudori-  
bus tamen partium quarundam singu-  
larium valdè fuerunt obnoxii, maximè  
circa Capitis, Cervicis, & Thoracis Re-  
giones. In his duravit Febris usque ad  
vicesimum diem, aliquando diutiùs, &  
exorto Sudore per totum Corpus, ut  
plurimùm, judicata est: In quibusdam  
tamen in Intermittentes convertebantur.  
His plurimùm proficiebant Epispastica,  
Cardiaca,

Cardiaca, & Diaphoretica. (12.)  
(13.) (14.)

Annus subsequens, viz. 1721, admodum fuit humidus, frigidus, pluviosus, præsertim in Mensibus æstivis, spirantibus Ventis ex Plagis borealibus.

QUÆST. 12. Annon Calor duorum annorum prægressorum, vasculorum perspirabilium ora nimis laxando, & Humores colliquando, ad sudores hos partiales producendos, conduceret; eoque præcipuè, quod eas Corporis partes, præ cæteris occupabant, quibus Sanguinis Impetus & Fluiditas maximo gradu vigent?

QUÆST. 13. Annon etiam hinc patet ratio, cur hujusmodi Febres multò frequentiores in Æstate, quam Hyeme inveniuntur? Et annon indoles Febris in anno 1716. Cutis Asperitate & Siccitatem, Cruoris Inflammatione, aliisque Symptomatibus ejus anni Diagnosticis, conjunctæ, ex frigiditate Hyemis in 1715, aliquo gradu penderet?

QUÆST. 14. Annon, sumnum ab Epispaſticis oriens Emolumentum in Morbis hujusmodi inde producitur, quod Sanguinem attenuando, Vasa nimis depleta reficiunt, Vi sua stimulatoria Vasorum Tunicas ita constringunt, ut conservetur inter solida & fluida Æquilibrium, & inde Liquorum Motum ferè amissum instaurant?

Hæc

Hæc Aeris Temperies usque ad Initium *Septembris* duravit, ex quo, usque ad *Novembris* Initium, tepidum & placidum fuit cœlum; Hyemsque tota lenis erat, & paucō gelū comitata.

Febres hoc anno grassantes, etiam si ad Intermittentium Classem pertinebant, ab iis anni prioris differebant; eo quod Frigore majori & longiori, Calore leniori & breviori comitatæ erant; *Απυρεξία* etiam perfectâ in Paroxysmorum Intervallis fruebantur Ægri & in Paroxysmis non delirabant; Alvi tamen Fluoribus magis erant proclives. Urina etiam Rubedine majori tincta fuit, & sedimentum lateritium depositum. (15)

Præter has apparebant Febres quædam Nervosæ, virium collapsu, spiri-

QUÆST. 15. Annon major aeris Humiditas & Frigus, in hoc, quam anno præcedente, Viscositatem majorem, minori acrimoniâ conjunctam, humoribus inducerent; & inde mutationes has in his Febribus producerent?

tuum dejectione, Stupore & Surditate conjunctæ, iisque anno præcedenti græf-  
fantibus non absimiles; nisi quod Ægri  
parùm sudabant, & raro crisi ullâ sen-  
sibili terminatae sunt hæ Febres, sed post  
toleratum Morbi decursum diuturnum,  
Ægri sensim convalescebant, & pauci  
perierunt. (16.)

In Mense *Aprilis* grassari incipiebant  
Morbilli & per totum Æstatem perma-  
nebant. Moris plerumque fuerunt malig-  
ni, Tussi continuâ, spirandi difficultate &  
Pulmonum Inflammatione conjuncti.

Vernalis Tempestas Anni 1722, ad-  
modum fuit frigida, aquosa, pluviosa,  
variisque Ventis turbata, præcipue ta-  
men ab iis, qui ex Plagis Septentriona-  
libus & Orientalibus proveniunt. Du-  
ravit hæc Aeris Constitutio usque ad

Quæst. 16. Annon absentia Sudorum partia-  
lium, ab iis aeris Mutationibus pendere posset, quæ  
in Quæst. præcedente numerantur? Et etiam annon  
ex eadem causâ oriri potest, quod Sudoribus, ut in  
anno priori, hæc Febres non æquè fuerunt judicatæ?

medium. Æstatis, eo modo, ut totum  
Æstatis Initium majori frigore fuit co-  
mitatum, quam vulgò in isto Anni  
tempore accidere solet. Morbi in hujus  
Tempestatis initio grassantes, fuere Pleu-  
ritides quædam & Anginæ, non admo-  
dum autem frequentes; præ cæteris ta-  
men grassabantur Febres Intermittentes  
Tertianæ, inter quas apparebant quæ-  
dam Quartanæ, præsertim in iis qui fre-  
quentèr in Tertianis illapsi sunt.

Non æquè felici successu Febres has  
jugulavit Cortex Peruvianus, in hoc  
Anno, ut in aliis novi, ob Alvi Fluxus  
frequentèr ejus usui supervenientes.  
Et cum nullum hujusmodi accidit Impe-  
dimentum, Medicamenti Vires non rarò  
elusit Febris; Alexipharmacis tamen &  
Diaphoreticis coniunctum feliori suc-  
cessu exhibitum fuit Pharmacum. (17.)

Eme-

QUEST. 17. Annon Frigiditas & Humiditas Ae-  
ris, in hoc, quam priori anno majores, Fibrarum  
Tonum elasticum minuendo, Humorum Viscosita-  
tem

Emetica & Diaphoretica frequenter repetita, plurimis fuerunt Ægris Emolumento; quorum usu non pauci sanabantur, postquam Medelæ Methodos magis usitatas elusissent vires Febris. (18.)

Præter hos autem Alvi fluxus Febres Intermittentes comitantes, a Diarrhœis solis vexati sunt aliqui; Hæ tamen neque sanatu erant difficiles, nec quicquàm observatu dignum in Symptomatibus habuerunt.

Intermittentes hunc & priorem Annū comitantes, prout ante memoravi, Tertiani plerumque fuerunt generis; circa autem hujus Autumni finem, in Quartanas non paucæ commutatae sunt; quæ postquàm per totam Hyemem frequentibus Morbireditibus Æ-

tem augendo, & Vasa infarciendo perspirabilia, in causis sint, quod Febres Remittentes anno priori descriptæ, in has Intermittentes converterentur? Et annon hinc patet ratio, cur Medicamenta calefacientia cum Cortice exhibita, Vires ejus augerent?

Quæst. 18. Annon hujus ratio ex Quæstione præcedente satis patet?

gros excruciaſſent, vere ſequenti prorſus evanuere, (19.)

Quamvis autem Morbi Epidemici ſupra deſcripti præ cæteris omnibus graſſabantur Sporadici tamen & Intercurrentes non pauci apparebant, ut etiam ii, qui ab Anni Tempeſtatibus certo quodam modo pendent, & Vernalē & Autumnale tempus comitantur; qui quidem omnes Morbi, etiamsi ab Epidemicis tum regnantibus in Initio longe diſcrepantes videbantur, paucis tamen elapsis diebus, & præcipue præmissis Generalibus Evacuationibus, in Epidemicos regnantes terminati ſunt; & ratione habitâ ad Symptomatum Principalium Varietatem, eodem modo fanabantur. Hoc autem præcipue ac-

QUÆST. 19. An Febres Intermittentes Quartanæ ab aliis Febribus Intermittentibus naturâ & eſſentiâ ſunt diuersæ ut quidam hallucinati ſunt? Et annon potius a majori Humorum Vifcoſitate, Vaſorum Infarctione, & torpidiore Fibrarum Vibratione petendæ ſunt horum Morborum differentiæ?

cudit

cidit duobus annis proximè elapsis, quibus grassabantur Febres Intermittentes Tertianæ, quorum Paroxysmi certioribus intervallis, quam in Annis præcedentibus redierunt. Unde forsitan accidit, quod in his non solùm clariùs patetebat hic Morborum in se mutuò transitus; quinetiam, quod breviori temporis spatio, Naturam eorum latentem ita palam fecerunt, ut ad Intermittentium Classem certius reduci possent. (20.)

Frequentes horum Morborum reditus, multos, eosque pertinaces Morbos, Visceribus induxerunt, præcipue inter Plebem, ubi desiit vel Cura Morbi, vel Medendi Opportunitas. Hos præ cæteris Morbis affiebant Hydrops, Icterus, & Phthisis, & præcipue ista Hydropis Species, quam Ascitem nomi-

QUÆST. 20. Annon itaque grassante Febre qualibet Epidemicâ, Symptomata aliarum Febrium tunc temporis apparentium cum Epidemico regnante diligentè sunt comparanda, & quantum indolis Epidemicæ in se habeant seriò perpendenda?

namus,

namus, de quo Morbo plures circa hoc tempus ægrotarunt, quam, in omnibus prægressis Aeris Temperamentis simul sumptis, novi.

Æstas proximè subsequens, viz. Anni 1723, admodùm fuit sicca, Calore tamen siccitati proportionale nequam fuit comitata: Eo quod Radii solares plerùmque Nubibus fuerunt obducti, & Aeris Calor Ventis Septentrionalibus, & Orientalibus, præcipue tamen posterioribus, erat refrigeratus.

Hæc Aeris Temperies per totum Autumnum subsequentem, & Hyemis Initium, ratione habitâ ad necessarias Tempestatum Variationes perdurabat; adeò ut tota hæc Temperies, quasi Temperamentum Aeris Orientale, majori Siccitatem, & Caliditate minori, quam vulgo accidit, coniunctum, meritò æstimari debet.

In Tempestate Vernali grassari incipiebant Variolæ, & per totum Æstatem duraverunt; Confluentes plerumque fuerunt & moris Maligni, & in nonnullis

lis Maculis Purpureis comitatæ. Hæ, nil Novi quod addam earum Historiæ exhibuerunt, nisi quod notatu dignum sit, quod qui modico & spontaneo Alvi Fluore per totum Morbi decursum afficiebantur, Symptomatibus lenioribus, ut plurimum, laborabant ; Et ubique deficiebat hic Alvi Fluxus, Medicamenta Antiphlogistica Alvum laxantia hujus defectum felici successu suppleverunt, & Symptomatum maximè urgentium Remissione fuerunt conjuncta.

Doloribus etiam Pleuriticis & acerimorum Nephriticorum æmulis, ante Pustularum Eruptionem non pauci afficiebantur Variolosi ; Et Sanguis ab ipso Morbi Initio non parùm fuit inflamatus, in quo Morbi Stadio, raro a statu naturali, sensibilis patet Cruoris Deviatio. (21.) (22.) (23.)

Cæ-

QUÆST. 21. Annon Ptyalismus, adeo in Variolis Confluentibus apprimè utilis, ut ad Sanitatem recuperandam omnino necessarius a Sydenhamio æstimatur,

Cæteri Morbi hoc Anno grassantes  
fuere Pleuritides, Anginæ, Rheumatis.

matur, Effectus hos salutiferos, Vasa sensim deplendo, maximâ ex parte producit? Et annon ubi deficit naturalis hæc Salivatio, Medicamenta Alvum laxantia, quæ Voluntati nostræ certius subjiciuntur; hujus Evacuationis defectum supplere possint; eoque præcipue, cum vel nimis citò cessat, aut in Studio Morbi a Naturâ destinato, non appetet hæc Evacuatio?

**QUÆST. 22.** Cùm ii hujus Morbi furorem aliis felicius effugiunt, qui circa Faciem & Cervicem paucioribus Pustulis obsiti sunt, utcunque in Corporis Trunko externisve Membris numerosæ sint Pustulæ; Annon in Initio Morbi multum conducerent, Partium inferiorum Balneationes tepidæ, Epispasticorum Cruribus Applicatio, suppedalia stimulantia, aliaque ejusmodi; quorum ope magis implentur Vasa inferiora, & vi stimulatoriâ major fit ad has partes Derivatio?

**QUÆST. 23.** Cùm Resorptio Puris in Venas, vel Ortum Febri secondariæ præbet, vel saltem ejus sævitiam plurimùm adauget; Annon urgente Morbi necessitate, Pustulas aperire, & liberiorem Materiæ purulentæ exitum conciliare, eosque Abscessus more Chirurgico tractare conveniat. Quâ Methodo non tantum diminuetur ipsa Febris, quinetiam ex Corporis Partes, quæ, præ cæteris, hujus Morbi sævitiam patiuntur, citissimè levari possunt, tam a presenti, quam futura per tot Emunctoria, Evacuatione Materiæ?

mi, aliquique ejusmodi Morbi Partium  
quarundam Inflammatione conjuncti.  
Multi etiam Tussi perpetuâ, ex Sero  
tenui, & acri obortâ vexabantur, quam  
Expectorationis ope frustrâ ejicere co-  
nabantur. Phthisici etiam & Asth-  
matici plurimùm hoc Anno passi sunt,  
& perierunt in Autumno multi ; Au-  
gebantur enim admodum Tussis, Fe-  
bris Hectica, aliaque ex his orientia  
Symptomata ; Præ cæteris autem sævi-  
ebat Tussis, & Ægros hos vacillantes  
miserrimè torquebat.

Pulsus in Morbis Inflammatoriis cre-  
ber fuit & durus, Cutis tensa & rigida,  
& Sanguis majori ratione inflammatus,  
quam in aliis Annis frequenter accidit.  
Neque laborabat quisquis ex quocun-  
que ferè Morbo, præsertim si dolore vel  
minimo torquebatur Æger, quin San-  
guis Crustâ inflammatoriâ obductus  
fuit.

Ægri, præ cæteris omnibus, largâ

50 *Commentarium Nosologicum.*

Sanguinis missione levabantur, neque aliam quamlibet medendi Methodum felici Successu coronatam, omissâ Sanguinis Missione, me observâsse memini

Venter plerunque astrictus fuit, Evacuationes autem per Alvum non solum ad Sanationem parùm contulerunt, sed frequenter Symptomatum sævitiem, præsertim in Rheumatismis, augebant; Diminutâ autem a Sanguinis Missione Morbi Violentiâ, Ægris non parùm profuerunt

Balneationes Tepidæ, præmissis Evacuationibus, plurimis fuerunt Emolumento, præsertim Rheumaticis: Quibus autem vel prorsùs defecerunt hujusmodi Evacuationes, vel parcâ nimis manu applicatae sunt, Symptomatum Sævitium augebat Balneatio; Repetitis autem Evacuationibus, sensim decrescebant Dolores, & Ægris non parùm profuit. (24.) (25.) Hic

QUEST. 24. Annon Incrementum hoc doloris ex Balneatione inde producitur, quod Calore Balnei auge-

Hic status fuit Aeris & Morborum eum comitantium, durante Æstate; accedente tamen in Autumno Frigore subitaneo, augebatur Ægrorum numerus, & grassabantur frequenter Diarrhœæ, Dysenteriæ, & Intestinorum Inflammationes; quæ omnia sine largâ sanguinis Missione non sanabantur, & ratione habitâ ad partium affectarum Differentiā, eidem Methodo, ac Morbi in Æstate descripti, se subjiciebant.

Duravit adhuc Siccitas, & usque ad medium Novembris porrecta est, circa quod tempus decidebant Pluviæ largæ continuæ, & Hydrargyrum quod durante Siccitate altissimè persttit, duos circiter Pollices descendit.

augebatur Sanguinis Impetus, solvebatur magis Croris Textura, & inde spatiū magis amplum postulabat Sanguis?

QUEST. 25. Annon itaque in horum Morborum initio, præ cæteris omnibus, profunt Evacuationes, & parciori manu, saltēm quoisque satis depleantur Vasa, adhibenda sunt Medicamenta Sanguinem attenuantia? quippe aucto Dolore, augeri Inflammationem necesse est.

Hæc Aeris Variatio, etiamsi diù non permanxit, largiori Ægrotantium Numero ex Morbis descriptis conjuncta fuit; præ cæteris autem grassabantur Pleuritides, Rheumatismi, & Dolore Arthritici.

Pulsus creber fuit & durus, & Sanguis eo gradu inflammatus, quod cruenta inflammatoria Cruoris superficie innatans, dimidiæ ejus Quantitati haud raro æqualis erat.

Hic major Morborum Inflammatorum numerus hoc tempore, quam Æstate præcedente, a subitaneâ Fluidorum Expansione, & tensiori Fibrarum Texturâ, non improbabiliter Ortum duxit. Cùm enim Fluida Viscositatem quandam inflammatoriam, a prædictâ Aeris Temperie acquisivissent, solidæque Corporis Partes Rigiditatem naturali majorem a Siccitatem induissent; diminutâ Aeris incumbentis pressurâ, in extrema Capillarium Vascula impetu fer-

ri, ibique ob Canalium Angustias Obstructiones & Inflammationes producere, necesse est. Quod quidem a summo Levamine Ægrotis profluente ex Sanguinis Missione, iisque medendi Methodis, quarum ope diminuebatur Sanguinis Impetus, solvebatur Viscositas ejus inflammatoria, & laxiores fiebant Vasorum Tunicæ, ulterius patet.

An autem his, vel aliis cujuscunque generis Causis tribuendi sunt hi Morbi, hic non contendam : Hoc autem pro certo ponam, Sanguinem non solum majori ratione in hoc Anno inflammatum fuisse, quinetiam Morbos cujuscunque generis inflammatorios frequentiores, & acriores, quam in Annis prioribus. productos fuisse. (26) (27) (28) (29)

Redeunte

QUEST. 26. Annon Partium solidarum major Rigiditas, & Fibrarum frequentiores Vibrations a Siccitatem productæ Sanguinis Velocitatem augendo & Canales coarctando, inflammatoriam hanc Viscositatem adeò Epidemicam Cruori inducerent ; Eoque præcipue

Redeunte post tres circiter Hebdomadas sicca Aeris Temperie, eodem statu usque ad Æquinoctium Vernale duravit Cœlum, & grassabantur Morbi In-

præcipue, cùm status hic Sanguinis Morbos ferè omnes dolore conjunctos comitatur, cuius ope coarctantur Vasa, frequentiores fiunt Villorum tremores, & Velocitas Sanguinis major?

QUÆST. 27. Cum Viris exercitatis, robustis, & Senibus pejores sunt Variolæ, ob nimiam Fibrarum Rigiditatem & Humorum Acrimoniam; & è contrâ, in Puerulis, Mulieribus, laxis, & imbecillibus plerūmque exitus sunt felicioris; Annon Constitutio hæc Aeris inflammatoria Vasa coarctando, & Humorum Acrimoniam augendo, Variolarum prædictarum fævitiem plurimùm augeret?

QUÆST. 28. Annon itaque Variolæ Praxi insitivâ productæ, pro Varietate Regnantis Epidemici necessariò Mutationes subeant, & lenioribus, vel acrioribus Symptomatibus, hâc ex Causâ erunt conjunctæ? Et ideo, an in omni Aeris Constitutione, Annove quolibet, Prophylaxeos gratiâ tentanda hæc Methodus?

QUÆST. 29. Annon etiam Balneationes tepidæ totius Corporis frequenter repteitæ, Victus humidus laxans & Acrimoniam obtundens, diù ante Insitionem continuata, ad exitum felicem procurandum apprimè necessaria?

flammatorei,

Inflammatorii, præcipue Rheumatismi, numero tamen pauciores.

Circa Æquinoctium autem Aeris Temperies, communi more, inconsans fuit & variabilis, Imbris & Cœlo sereno se mutuò per Vices recipientibus. Apparebant hâc tempestate Anginæ quædam & Pleuritides, iis tamen in Anno priori grassantibus longè mitiores.

Æstas Anni 1724 frigida fuit & pluviosa, permanentibus Ventis plerūmque in Plagis quibusdam Septentrionalibus. Stetit Thermometrum solito inferius, ratione habitâ ad Anni Tempestatem; Mansit enim Spiritus plerūmque circa gradum 45, & raro ultra 40 assurgebat.

Circa Autumni medium placidum & serenum fuit Cœlum, Spirantibus Ventis plerūmque ex Plagis Australibus & Occidentalibus; Quæ Cœli facies usque ad Hyemis initium duravit. Cir-

ca hoc tempus acre Gelu insecutum est,  
quod per Hebdomadam duravit.

Hunc Aeris Statum consecuta est  
Tempestas admodum humida, & Plu-  
viosa, quæ usque ad Initium *Januarii*  
porrecta est ; Spirantibus fere perpetuò  
Ventis ex Plagis Septentrionalibus ideo-  
que totus hic Annus humidus, & frigi-  
dus meritò æstimari debet.

Durante Vere & Æstate Tempestas  
saluberrima fuit, pauci apparuerunt  
Morbi, iique boni Moris; quæ Aeris  
Salubritas usque ad Autumni Finem  
porrecta est. Circa hoc Tempus mul-  
ti Torminibus & Alvi Fluoribus labo-  
rabant, largæque nonnullis per Alvum  
accidebant Hæmorrhagiæ. Accidente  
autem Gelu redibant Rheumatismi, &  
multos occupabant.

Sanguis in Rheumatismis, aliisque  
Morbis Inflammatoriis, non æquè hoc  
Anno ac priori, inflammatuſ fuit, Cru-  
stâ minori obductus fuit Cruor, & Me-  
dicamenta

Purgantia felicius Votis respondebant. (30)

Cæteri Morbi Febriles, q̄tū præter eos am enumeratos apparuerunt, Pauci fuerunt, frequenter autem Diarrhœis erant comitati, & non raro per has Vias judicati.

Hoc autem ex Indole Mórborum in toto hoc Anno apparentium summatim colligi potest ; Quod Evacuationes, quæ per Alvum fiebant, non solum felicius Voto respondebant, quinetiam quod minori Medicamenti Cathartici Dosi solvebatur Alvus. (31)

QUÆST. 30. Annon minor Cruoris Inflammatio in hoc anno, quo Villorum tremores, ob majorem Aeris Humiditatem, necessariò torpidiores, quam in priori evaderent, Quæstionem (26) aliquo gradu stabilit?

QUÆST. 31. Annon Aeris in hoc Anno major Humiditas, Materiæ Perspirabilis copiam diminuendo, in Causa sit, quod Impetu Majori per Alatum corruerent Humores, & sæpius quam priori Anno hoc modo judicatæ sint Febres? Et Annon ex eâdem Causâ oriri possit, quod ad Catharsin procurandam, minor quam in Anno præcedenti, sufficiebat Medicamentorum Dosis?

Apparebant etiam hoc Anno Vario-læ, Pustulæ tamen plerūmque fuerunt discretæ, paucæ, & moris benigni. (32)

Temperies Aeris in *Januario* Anni 1724 fuit tepida, placida, & serena, ratione habitâ ad Anni Tempestatem, Spirantibus, ut plurimum, ventis ex Plagis Australibus, & Occidentalibus ; quæ Aeris Temperies, paucis exceptis Diebus, usque ad Aprilis medium duravit.

Apparuerunt hoc tempore quædam Pleuritides, & Rheumatismi, pauci tamen alii Febriles Morbi. Sanguis in omnibus his inflammatus fuit, & Pleuriticorum æmulus.

Circa medium *Februarii* apparebant Febres quædam Remittentes & Intermittentes, majori Sanguinis Inflammatione conjunctæ, quam vulgo hos Morbos comitatur ; Fuit enim plerumque

QUÆST. 32. Annon Constitutio hæc Aeris, Indoles Variolarum, & aliorum Morborum hoc Anno apparentium, cum iis Anni prioris comparatæ, Quæstiones 27, 28, 29 aliquo faltem gradu probant ?

Cruor

Cruor, Pleuriticorum more, Pelliculâ Inflammatoriâ obductus. Materiem etiam Biliosam largâ copiâ, tam per Vomitum, quam per Alvum, summâ cum Ægritudine ejiciebant Ægri. Quæ ambo Symptomata Sanguinis Missione præ cæteris levabantur Remediis.

Hi Morbi *συνοχῶν* in Initio speciem præ se ferebant, paucis autem elapsis Diebus, præcipue post Missionem Sanguinis, vel in *συνεχεῖς*, vel Intermittentes conversi sunt.

Quamvis autem hi Morbi ad Intermittentium Classem meritò applicandi sunt, Proclivitas non levis iis inesse videbatur, ut in *συνοχῆς* transirent: Eo quod, singuli Paroxysmi, etiam in iis qui perfectè intermittebant, citiori pende & Symptomatibus acrioribus, quam priores redibant.

Dum Febres hæ fuerunt continuæ, Urina rubra fuit, & Sedimenti expers; Cum autem in Intermittentes conver-

tebantur, Sedimentum ingens, majori Rubedine quam vulgo videmus tinctum depositum.

Qui Corticem Peruvianum in Initio Morbi, etiam in Intermittentibus, neglectis Evacuationibus, & præ cæteris Sanguinis Missione sumpserunt, Symptomatum Sævitiem adauctam habebant; qui vero in Remittentibus Pharmacum hoc temerè sumpserunt, sequenti Paroxysmo frequenter delirabant.

In Initio Mensis *Martii*, & circa ejus Finem decidebant paululum Nivis, & subsidebat Thermometrum hoc tempore decem circiter gradus, Spirantibus Ventis Septentrionalibus & Orientalibus.

Circa hoc tempus grassabatur Tussis pertinax convulsiva, præsertim inter Infantes, & per totam Æstatem subsequentem duravit.

Circa medium *Aprilis* Anni 1725, Tempestas admodum frigida fuit & pluviosa, ratione habitâ ad Anni tem-

pus, eodemque modo, paucis exceptis diebus, per totam Æstatem & Autumnum, imo usque ad medium *Decembris* duravit, & hoc gradu longè majori, quam in quolibet Annorum prædictorum.

Cùm autem circa hoc tempus Ego met Morbo gravi & diurno cor- reptus sum, qui per quatuor Menses me ab hujusmodi Observationibus detinuit, de Morbis in hoc Intervallo ap- parentibus nihil est quod deponam; ni- si hoc Observatu dignum judicetur, quod tota hæc Æstas, non obstante sum- mā ejus Humiditate, fuit prioribus Salubrior. Et reverà Tempestates humidas siccioribus plerumque Salubriores in- veni, exceptis circa Humiditatis Initium paucis Hebdomadis, quæ Tempestatem sicciam immediatè secuti sunt. Quod quidem Phænomenon, potius Effecti- bus Siccitatis prægressæ, & Mutationi- bus in Œconomia Animali a variato Aeris Pondere, aliisque similibus Cau-

sis brevi cessantibus, quam ad Humiditatis præsentis Actionem tribui videntur; Eo quod manente humidâ Aeris Tempe-rie, brevi diminutus est Ægrorum Nu-merus.

In Autumno apparuit Febricula, Æ-  
gritudine, Nauseâ, & Vomitu comita-  
ta, quibus succedebant Pruritus mole-  
stus & Eruptiones quædam Cutaneæ  
elapsâ tamen Hebdomadâ terminata est,  
& sequebatur Icterus, & in quibusdam  
Tumores Pedum œdomatosi.

Circa hoc etiam tempus apparebant  
Peripneumoniae quædam, Febre lentâ  
spirandi difficultate magnâ, Pulmonum  
gravitate, Alvi Fluore, Expectoratione  
difficili, Pulsuque debili & inequali  
conjunctæ; Sanguis parùm fuit inflam-  
matus, Urina flavescebat, & parum  
Sedimenti depositus.

Hoc etiam notatu dignum est, quo  
ex quocunque Morbo circa hoc tempu-  
s quisquis laborabat, Vertigine, Torpore  
Somno

Somnolentiâ, Capitis gravedine, & non  
raro Aurium Hebitudine, conquestus  
est Æger. (33)

Circa finem *Septembbris* apparebant  
Morbilli, moris autem benigni, & per  
totam Hyemem duraverunt.

Incipiente *Januario* accidebat acre  
Gelu, Nive multâ conjunctum, & fuit  
Tempestas admodum frigida & gelosa,  
stante tum Thermometro ad gradum  
85. Durante Gelu iidem fere Morbi ac  
in Hyeme 1715 apparuerunt, ut &  
circa ejus dissolutionem.

Fuit Æstas hujus Anni, prout ante  
notavi, non obstante summa ejus Humi-  
ditate admodum salubris, ut etiam fuit  
Hyems, pauci enim apparebant Febri-  
les Morbi, exceptâ tantum Tempestate  
gelosâ. Hoc autem per totum Annum  
observare licebat, quod qui Labe ali-

QVÆST. 33. Annon Humiditas hujus Tempestatis  
Fibras Corporis laxando, Villorum tremores diminuen-  
do, fluidaque incrassando, ad hos Effectus produ-  
cendos conduceret?

qua Hypochondriacâ & Melancholicâ affecti sunt, non solum Effectus Diuturnæ hujus Humiditatis senserunt, sed Symptomata Vere sequenti multùm adaucta habuerunt.

Dedi tibi, Lector Benebole, Observationes, non Stylo eleganti, sed fidâ Mente descriptas. An autem in posterum eodem Ordine sibi invicèm succedant Morbi Epidemici, non asseram. Desunt enim Observationes, & manet Successionum Modus Problema adhuc irresolubile, & forsan semper erit. Mihi autem in Praxi utiles fuerunt hujusmodi Observationes, & tibi etiam forsan sint Emolumento, saltem ita futuras esse spero. Hoc tantùm rogo, quod quoscunque Errores tibi pateficerit maturior Observatio, eos, non voluntati nostræ, sed Judicii Infirmitati tribuas, Vale.